Certificación y aprobación del gobierno de la Ciudad de l'Aquila de Don Alvaro de Rivera ... Reyno de Napoles en el Año de 1613

PHILIPPVS DEI GRATIA REX. &c.

Joes laurentius Gualterius et Mauritius de Antonellis V.I.DD. Sindes electi ad sindicandu Aluarum de Riuera Hyspanu Olim Regm Gubertem Fidelissme Ciuitatis Aquile

Vniuersis et singulis presentium seriem inspecturis pariter et lecturis Triplicibus fortune corporis atque animi bonis uoluere Peripatetici laudandos esse Viros Et eos Maxime qui in gerendis officijs se se Laudabiliter gesserunt Quique neque auaritia neque odio, ceterisq animi affectus unquam a recto deuiarunt, ut ipsi Virtutum premia consequantur, Et ceteri ad eorum uestigia immitanda procliuiores fiant, et pro uiribus accendantur Virtus namq mortalium animos allicit atque afficit, adeo ut eos etiam quos nunquam uidimus, amore atque beneuolentia prosequamur Sane idem Aluarum qui per annum iam peractum in dicta Ciuitate Gubernatoris officium exercuit adeo se in omnibus uita, et moribus exhibuit ut dignum eum iudicem qui maiori presit digniorique Magistratui, Nam ut cetera Ommictamus que nomen suum celebre et fere immortale resonant que ue non obscuro aut uario Sermone sed et clarissima omnium uoci predicantur. Nemo est qui nesciat quanta animi moderatione quantaq costantia cunctis adeuntibus cui confluentibus iustitiam ministrauerit, stateram semper pre manibus et pre oculis equitatem habendo. Nec silentio preterundu est qualia Vir iste integerrimus adhibuerit remedia, ut lites atque discordias intestinas exortas dirimeret atq sedaret, Quando quidem sua fretus prudentia atq magnanimitate nullis mentis, et corporis parcendo laboribus, Sed uigilando periculis occurrendo ac omnia recte gerendo Ciuitatem hanc rexerit, et gubernauerit, Postremo officio functus ne tanti Viri autoritas detraheretur, se se Syndicandu attentum paratumq exhibuit, ut sue Villicationis redderet rationem prefixoq per nos termino ad querimonias offerendas extremoq fine expectato, nemo comparuit qui de eo conquestus foret uel se lesum diceret aut quomodolibet grauatum qua propter eundem Aluarum olim Gubernatorem Cunctis etiam de Regimine applaudentibus a dicto Syndicatu duximus absoluendum et liberandu prout tenore presentium ipsum absoluimus, et liberamus ac Syndicatu predicto perpetuum Silentium imponimus et ex meritis illi omnes uerborum honores decernimus ac Illmo et Eccmo Dno Proregi commendamus In Cuius absolutionis Testimoniu has presentes licteras fieri iussimus nostris manibus subscriptas Publiciq dicte Ciuitatis Sigilli impressione Munitas Datum Aquile Die p.o Mensis Julij 1613 —

Joes Laurentius Gualterius Sindicator

Mauritius de Antonellis Sindicator

Paparisius Cant. et act.

Vinculo de mayorazgo [illegible]

de Pº [illegible] [illegible] [illegible]

Salgado a favor de [illegible] Alonso [illegible]

[illegible] segundo [illegible]

[illegible]

Año de 1612 — 1612 — 156

156

[illegible] [illegible]

Juan de Salgado

Perg. 140